CXCVIII

Dominus Mediolani etc. Comes Virtutum Imperialis Vicarius Generalis. Recepta supplicatione tenoris infrascripti videlicet. Celsitudini vestre significatur pro parte vestri
fidelissimi oratoris et servuli fratris Berardi Tronchetti preceptoris domus sancti Antonii civitatis vestre Cremone et damate districtus eiusdem
quod per quondam bone memorie dominos Azonem Johannem et Bernabovem Vicecomites et alios predecessores vestros iam diu preceptoribus et fratribus sancti
Antonii in eorum territoriis existentibus eorumque domibus possessionibus rebus famulis collonis massariis et laboratoribus littere immunitatum et aliarum
graciarum fuerint eorum concesse. Cum autem idem frater Berardus a dominatione vestra similes litteras seu gratias cupiat obtinere eidem dominationi supplicat
humiliter quatenus prefata dominatio dignetur et velit ob devotionem et reverentiam sancti Antonii dictas gratias et immunitates concessas libere confirmare
et de novo eidem fratri Berardo preceptori predicto ac fratribus domibus bonis rebus possessionibus famulis mezadris collonis et laboratoribus immunitatem
ab omnibus oneribus taleis datiis impositionibus et aliis gravaminibus quibuscumque realibus et personalibus atque mistis ordinariis et extraordinariis hinc retro
impositis et deinceps imponendis quomodolibet concedere et largiri et mandare potestati .. referendario et aliis officialibus vestris Cremone quatenus dictas gratias et
immunitates eidem preceptori observet et faciat inviolabiliter observari et quod deinceps dictos preceptorem fratres possessiones res et bona et eorum famulos
mezadros collonos et laboratores pro ipsis oneribus aut alia occasione quacumque aliquatenus non molestet nec permittat aliqualiter molestare. Ac insuper
dignemini eidem concedere litteras transeundi per quoscumque passus civitatum et terrarum vestrarum cum equis quatuor famulis tribus et arnesiis suis absque solucione
pedagii vel gabelle prout alias per quondam dominum Bernabovem sibi fuere concesse et hoc eidem preceptori facientes de gratia speciali. Ad hoc ut deus meritis et
precibus sancti Antonii prelibati vos vestraque salvet augeat et conservet per tempora longiora amen. Et volentes ob reverentiam sancti Antonii complacere dictis
supplicantibus exemptionem et immunitatem de qua in dicta supplicatione fit mentio confirmamus et ipsis supplicantibus concedimus sicut et quemadmodum
eis servata fuit usque ad tempus nostri novi dominii mandantes quibuscumque .. potestatibus vicariis et iusdicentibus nostris ad quos spectat et spectabit in futurum
quatenus dictam immunitatem et exemptionem eis observent et observari faciant ut permittitur non molestando eos nec molestari permittendo contra tenorem
ipsius exemptionis et immunitatis. In quorum testimonium presentes fieri iussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die
vigesimoseptimo februarii millesimotrecentesimooctuagesimosexto nona indictione

Comolus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 5 (198)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1788664787-16/fragment/page=0001

CXCVIII

1380. 17 Febr°

Varia 5 (138)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1788664787-16/fragment/page=0002

CXCVIII

Galeaz Vicecomes Mediolani etc. Comes Virtutum imperialis vicarius generalis. Recepta supplicatione tenoris infrascripti videlicet: Celsitudini vestre significatur pro parte vestri fidelissimi oratoris et servuli fratris Berardi Tronchetti preceptoris domus sancti Antonii civitatis vestre Cremone et Damate districtus eiusdem quod per quondam bone memorie dominos Azonem Johannem et Bernabovem Vicecomites et alios predecessores vestros iam diu preceptoribus et fratribus sancti Antonii in eorum territoriis existentibus eorumque domibus possessionibus rebus famulis collonis massariis et laboratoribus littere immunitatum et aliarum graciarum fuerint concesse. Cum autem idem frater Berardus a dominatione vestra similes litteras seu gratias cupiat obtinere, eidem dominationi supplicat humiliter quatenus prefata dominatio dignetur et velit ob devotionem et reverentiam sancti Antonii dictas gratias et immunitates concessas libere confirmare et de novo eidem fratri Berardo preceptori predicto ac fratribus domibus bonis rebus possessionibus famulis mezadris collonis et laboratoribus immunitatem ab omnibus oneribus taleis datiis impositionibus et aliis gravaminibus quibuscumque realibus et personalibus atque mixtis ordinariis et extraordinariis hinc retro impositis et deinceps imponendis quomodolibet concedere et largiri et mandare potestati referendario et aliis officialibus vestris Cremone quatenus dictas gratias et immunitates eidem preceptori observet et faciat inviolabiliter observari et quod deinceps dictos preceptorem fratres possessiones res et bona et eorum famulos mezadros collonos et laboratores pro ipsis oneribus aut alia occasione quacumque aliquatenus non molestet nec permittat aliqualiter molestare. Et insuper dignemini eidem concedere litteras transeundi per quoscumque passus civitatum et terrarum vestrarum cum equis quatuor famulis tribus et arnesiis suis absque solutione pedagii vel gabelle prout alias per quondam dominum Bernabovem sibi fuere concesse et hoc eidem preceptori facientes de gratia speciali. Ad hoc ut Deus meritis et precibus sancti Antonii prelibati vos vestraque salvet augeat et conservet per tempora longiora amen. Et volentes ob reverentiam sancti Antonii complacere dictis supplicantibus exemptionem et immunitatem de qua in dicta supplicatione fit mentio confirmamus et [illegible] ipsis supplicantibus concedimus sicut et quemadmodum eis servata fuit usque ad tempus nostri novi dominii mandantes quibuscumque potestatibus vicariis et iusdicentibus nostris ad quos spectat et spectabit in futurum quatenus dictam immunitatem et exemptionem eis observent et observari faciant ut permittit non molestando eos nec molestari permittendo contra tenorem ipsius exemptionis et immunitatis. In quorum testimonium presentes fieri iussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die vigesimoseptimo febr. millesimotrecentesimooctuagesimosexto nona indictione.

Comolus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 5 (198)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1788664787-16/fragment/page=0003